



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Praeceptvm IX. Et X. Non Concupisces Domvm Proximi tui, nec desyderabis uxorem eius, no[n] seruum, non ancillam non bouem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE
quæ in hanc fratris tui necessitatem & seruitutē tibi data est. At
rursus si id feceris, omnia in te irruabis, & mox occideris. Et id
est, quod deus uult, ut quantocius propter uerbū eius, e mundo
eijciamur, & occidamur, & coronā iustitiæ quantocius acci-
piamus. Hæc est uera & spiritualis huius præcepti intelligentia.

*Præceptum nonum
2 / deum*

PRÆCEPTVM IX. ET X.

NON CONCVPISCES DOMVM PROXIMI
tui, nec desyderabis uxorem eius, nō seruum, non ancillam
non bouem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

Hæc sunt in sexto & septimo inclusa, quia secundū expositi-
onē Christi, ibidē prohibet omne desyderiū & cōcupiscen-
tia uxoris & rei proximi, nam qui uiderit mulierē ad con-
cupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Deinde
auaritiā & cupiditatē adeo damnauit, ut etiā tunicā dandā iube-
ret ei, qui palliū abstulerit. Verū uidet meo iudicio istis duobus
præceptis prohiberi ipse fomes, & inuincibilis cupiditas, ipsa in-
q̄, radix malarū cogitationū, ut scilicet vi. & vij. intelligantur
prohibiti cōsensus cordis, & signū membrog, uerbum oris, &
opus corporis mali, hic uero etiā ipsi primi motus una cum for-
mite, qui est origo illoꝝ. Nam oportet nos ira pueros fieri, anteq̄
in regnū celoꝝ ueniamus, ut nec motus mali in nobis sint, nec
ullus fomes ad malum inclinās, sed perfecta sanitas corporis &
animæ, ab omni prorsus uitio, quod sane in hac uita non fiet,
nec est in potestate nostra. Quis enim gloriabitur, se mundum
habere cor: quis hunc ignem intimissimū extinguet: cum Apo-
stolus clamet aduersus hanc membrorum legem, & legem pec-
cati. Ideoq; oculos, aures, omnesq; sensus intus & foris cohibe-
mus, ne regnet peccatū in nobis, sed concupiscentiā nullus cohi-
bere potest. Ideo deniq; deus misericors statuit corpus nostrum
in puluerē redigere, & per ignem uniuersalē incinerare, ut cōsu-
mat omne uitiiū carnis nostræ per ignē, adeo odit deus hanc im-
munditiā. Et hinc sequitur, q̄ sola ista duo sunt præcepta, quæ a
nullo quantūlibet sancto aliquo modo implent. Cætera omnia
implent, quia opus, uerbū, consensum, fortiter opprimunt, sed
hic manent rei & peccatores, quia nihil de istis præceptis implent,
cū sint infecti inuincibili cōcupiscentia carnis & rerū, ideo omnes

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

peccant, & egent gloria dei. ideo omnes orant, Sanctificetur nomen tuum, fiat uoluntas tua, Dimitte nobis debita nostra. Ideo omnes desperant in meritis suis, timore suae imundiciae, & confidunt de misericordia dei, ut sic beneplacitum stet dei super timentes eum, & sperantes in misericordia eius.

Hinc etiam dissoluit concertatio illa Scholasticorum doctorum, an illa duo praecepta aliud prohibeant q̄, vi. & vij. item an sint diuersa praecepta, & frustra laborant, dum haec duo de cordis intelligunt operibus, quae non possunt negare in vi. & vij. esse prohibita, ac sic eadem reperita, & frustra posita, haec duo cum sint eadem cum illis. nec possunt dicere, quod illic opus, hic uero cogitatio, seu illic manus, hic cor prohibeant, quia Christus ipse resistit, qui illa de utroque intelligenda docet. Restat ergo ut apostolum Paulum sequamur, qui illa duo in uno concludens dicit. Concupiscentiam nesciebam peccatum, nisi lex diceret. Non concupisces Ro. vij. Et late ibi prosequitur illo teneri omnes sanctos, etiam seipsum ergo fomitis malum, & (ut sic dixerim) essentialis seu causalis impuritas in nobis hic prohibetur, qui ergo omnia illa superiora se putat impleuisse, saltem hic uidet sese imundum, & egere se Christi mundicia, pro se oblata & acceptata a deo patre misericordiarum.

Porro iudaeorum uel potius porcorum intelligentia, indignior est q̄ ut in praecepta haec admittat. Dicunt enim, quod vi. & vij. prohibeat opus solum, & ix. ac x. conatus exterior, & indicium operis manifestum, quo modo & apud Iuristas conatus puniunt, ut si quis rapere inciperet filiam alicuius, aut pararet insidias uitae alterius, plectitur capite. Ac sic apud eos cogitationes & uerba sunt libera, plena dolo, & ira, & amaritudine, & omni (ut Christus ait) sparsa, quia mundant id quod de foris est, intus autem plenum est auaritia & omni iniquitate. Ideo Synagoga est illa mulier, quae propter foeditatem suam, dato libello repudij, dimissa est.

Haec sunt decem uerba (ut ait Moses) in quibus protus omne mandatum salutare continetur, & licet possint redigi in pauciora, rursum distribui pluriora, tamen placuit deo in denario numero illa ponere, quae est numerus uniuersitatis, perfectaeque summe, ut sicut omnia olim contingebant in figura, ita & numerus iste denarius praeceptorum ideo assumptus est, ut figuraret omnium praeceptorum summam.

FINITIS praeceptis decem, nunc reducenda sunt ad illa tam

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

multa genera peccatorum. siquidē nullū est peccatū, nisi quod contra præceptū sit dei. Nescio em̄ an cōfessuris expediat tot differentiis peccatorum memoriā onerare, & sacerdotē fatigare, ut sunt omīssio & cōmissio, deinde corde, ore, opere, iij. quinq; sensus, iij. sex opera misericordiae, v. septē sacramenta, vi. septē peccata mortalia, vii. septē dona, viij. octo beatitudines, ix. nouē aliena peccata, x. decē p̄cepta, xi. duodecim articuli fidei, xij. duodecim fructus spūs. Ultra hæc sunt quatuor uirtutes Cardī. & tres Theologicae. Item peccata muta, peccata clamātia in cœlū, & tandem peccata in spiritū sanctum. Obsecro quid prodest ista confusio, & distractio mentis: Ita hæc obseruantur, ut etiam necessarium existiment, nomina differentiarum, & distinctionū numerare, ad perdendū scilicet tempus, ad obtundendū confessorē, ad perturbandū seipsum, ut maiore cura, horum memoria laboret, q̄ contritionem meditetur. Item ad alios etiam impediendū. Ex ignorantia docētium iste tumultus confessionū natus est, cum cōfessio debeat esse breuis & apta, ut cito possit expedire uterq;.

Igitur peccata mortalia primū accipiam⁹, quorū numerus uideat ex Ioan. Chryso. sumptus. Hic em̄ septē gētes Cananeorum Deut. vii. exponit vii. uitia, moraliter uolens oīa peccata sub ijs cōprehendī, magis ratione numeri septenarij, qui est uniuersitatis symbolū, q̄ proprietate nominū. Nam alij faciunt octo, alij nouē, addentes, inobediētiā & uanā gloriā, tum alij diuidentes matres in filias, & in species genera, tota in partes integrales & subiectiuas, infinita ex illis deduxerūt, & maria peccatorum interim nihil de præceptorum uera intelligentia solliciti.

Igitur nō tm̄ septē sunt peccata mortalia, nisi uoluntaria diuisione, non necessaria rōne uel autoritate, sed possunt tum pauciora, tū plura esse, secundū qd̄ uaria tropologia in scripturis occurrerit Vnde B. Aug. in duo diuisit, scilicet igne accēsa & suffocata, id est, amorē male accendentē, & timorē male humiliantem

Primū itaq; mortale peccatū est Superbia, quæ est duplex. Exterior, quæ in bonis corporalibus est. Interior, quæ in bonis spiritualibus est, & ideo semper est cōtra primū mandatū. Quod patet, q̄ nō habere aliū deū, hoc est, in nullo cōfidere, placere, gaudere, delectari, frui, q̄ in deo solo. At supbia nūc in diuitijs, nunc in uiribus, nunc in forma & uestitu, nunc in potētia & honore,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

nunc in nobilitate. Item intus in sapientia, arte, ingenio, iustitia uirtute, sanctitate confidit, placet. Hæc bona creata eo actu colens qui soli deo debet. Siquidem supbire duo importat. Primū, sibi placere, secundū alios fastidire, ideo includit uanā gloriā intus, q̄ si erūpat foras, eo peior est. Ideo superbus dū sibi alicuius boni cōsciū est, nō in illo deū colit, aut gratias agens in eū refert glorificando, sed stat in seipso, delectatus sup se, & euanescit in cogitationibus, tūc simul aduertit eū, qui talia nō habet, quem, cū sibi cōparauerit, necessario fastidit, & tunc dicit, se esse aliquid, illū nihil. Et implet illud Ro. i. dicentes se sapientes stulti facti sunt ita dicentes (scilicet intus apud se) se iustos, pulchros, diuites &c. iniusti, scedi, pauperes facti sunt. Apoc. iij. Dicis, quia diues sum & locuples, & nescis quia pauper es, & miserabilis, & nudus.

Sic itaq; superbix substantia non est, nisi ubi sese uiliori comparauerit, uelut desursum ad infima despiciens.

Econtra humilitatis substantia non est, nisi ubi sese meliori cōparauerit uelut sursum ad summa suspiciens. Igitur quatuor pedes habet superbia, petulcus ille, & crassus uitulus, scilicet.

Ignorantia mali sui, Scientia boni sui

Hæc est ignorantia uera

Ignorantia boni alieni, Scientia mali alieni

Huius q̄drati contrariū habet q̄tuor pedes humilitatis, scilicet,

Ignorantia boni sui, Scientia mali sui

Hæc est cognitio uera

Ignorantia mali alieni, Scientia boni alieni

Igitur non opus est, ut confitearis, te pronum esse ad superbiā. Quia semper sumus superbi omnes, nec ullus omni superbia caret. Sed tantum, si obedieris concupiscentiæ eius, & consenseris uerbo, opere uel corde. Reliquum deo querendū, occulto gemitu, & cōfessione abscondita in cubiculo, ut ipse per gratiā suam malum illud radicis antiquæ destruat. Dictum est de superbia, quomodo prohibita sit sub primo p̄cepto, eo q̄ initiū peccati sit superbia seu quod idem est, Initium peccati apostatate a deo, scilicet sibi ipsi idolum fieri, sibi placere, in seipso delectari, potius q̄ in domino, ac sic alienum deum colere in semetipso, quod est grauissimū & primū peccatū, licet nemo sit ex Adam quādiu uiuimus, qui nō aliqua ex parte hāc in sese idololatriā agat. Ideo q̄

dei
sui ipsius
dei
sui ipsius

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE
semper sibi pœnitendum & gemendum de sui placencia.

Nunc de auaritia dicendũ, quæ est cupiditas, radix æque oĩm
malorũ, secundũ Apost. eo q̄ uolentes fieri diuites, incidũt in la-
queũ diaboli, & multa desyderia inutilia, & nociua. Hoc uitiũ
sub duobus præceptis prohibet, imo sub tribus, scilicet sub septi-
mo illo, Non furtũ facies, Et ultimo, Non concupisces rem pro-
ximi tui, Et sub primo. Cum em̄ sub septimo prohibeat ois tra-
ctatio rei alienæ, ut dictum est, & præceptũ quod dlibet, ut dictum
etiã est, est ita spirituale, ut nõ tantũ opus & fructũ & folia & ra-
mos, id est, opera, uerba, signa prohibeat, sed etiã radicẽ & suc-
cum, id est, cupiditatẽ ex qua talia ueniũt, manifestũ est, auaritiã
sub furto prohiberi, cũ eadem sit radix & furis & auari, scilicet cu-
piditas. Item cũ sub ultimo prohibeat ad literam cõcupiscentia
rei proximorũ, manifestũ est, etiã fontem & caput huius cõcupi-
scentiæ prohiberi in spiritu, sed hæc est auaritia. Ideo oĩm propri-
issime, ultimũ præceptũ, phibet, ultimũ illud & uiuacissimũ oĩm
uitiũ, q̄d cum senescentibus iuuenescit, & cũ morientibus uiuit.

Verũ apostolus Paulus Ephe. v. suo sensu alius incedens, dicit
Quod auarus sit idolorum seruus, id est, cultor, ac sic sub primo
mandato illud ponit, quod etiã facit Baruch, iij. Qui argentum
thesaurizant, & aurum in quo confidunt hoĩes. Et Psal. lxxvij.
in spiritu dicit, Et seruiuerunt sculptilibus Canaan. Canaan est ne-
gociator, quorũ sculptilia, quid aptius, q̄ monetas, & nũmismata,
uasa aurea & argentea, domus, & alias possessiones, signifi-
cant: Deniq; ideo in lege potissimũ prohibemur fabricare deos
aureos & argenteos. Et prima idololatria populi in auro facta
est, sub aureo uitulo. sed & maxia similiter tempore Hierobo-
am sub uitulis aureis. Inde recte Apostolus, aurũ, idolum intele-
lexit, auarum idolorũ cultorem uocans, & in Latino nõ parua
habent cõsonantiã aurũ & auarum, auri auro, auari auaro una
tantũ litera differunt, ut aurũ ab auere dici uideat. Igitur Aposto-
lus idololatren auarũ uocans, eo ipso satis exponit primũ man-
datũ, q̄d cor hominis in solum deũ confidere debeat. Nam eor-
dem sensu & gulosos & libidinosos dicit esse uentris cultores,
quorũ deus uenter est, inquit. Verum isto sensu omnia præcepta
sunt in primo præcepto, tanq̄ in capite suo. Nam omne peccatũ
est contemptus dei, ac per hoc ipsum contra primũ præceptum.

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLARES

nec potest aliquod præceptū lædi, nisi simul & primū lædatur, quod continet omnia. quia dei uoluntas in omnibus offendit, & postponitur nostræ. ac sic deus non colitur, immo alius pro eo colitur, proprie tamen auaritiā contra illud posuit Apostolus, quia imaginibus illa delectatur auri & argenti, multum similis ueræ idololatriæ. Cætera autem non ita simulachra, & imagines habent. Ideo redetundo concludamus, quod nullus pure uacat auaritia, sicut dicit Esa. & Hiero. Omnes a maximo usque ad minimū sequuntur auaritiā, beatus qui minus. Idcirco sequitur hanc inclinationē corruptæ naturæ, omnes oportet gemere coram deo, sed non nisi opus eius internum uel externū confiteri coram sacerdote. Et qui diceret se uacuum esse cupiditate, magna certe superbia sibi arrogaret summā puritatis perfectionem. Ideo beati qui lugent, quoniam lugendi materiam habent in seipso, super seipso, ut dominus dixit ad mulieres sequentes.

Tertium mortale peccatū, est luxuria, cuius species satis dictæ sunt sub sexto præcepto, Non mœchaberis, & nulli dubiū, quin illuc pertineat, ideo iudicasse id sufficiat.

Quartum, Gula, soror, immo irritamentū, & procus, & minister luxuriæ, sicut & Ethnicus dicit, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hoc titium Apostolus Phil. iij. sub primo mandato locat, dicens, Quorum deus uenter est. Idem Ro. xvi. facit. Huiusmodi non Christo, sed uentri suo seruiunt. Potest autem simpliciter sub sexto præcepto poni, quia ubi libido prohibetur, ibi certe & omnis occasio & fomentum libidinis prohibetur. Inter omnia autem fomenta libidinis, maximū & fortissimū est gula, cuius ratio est, quia internum, cætera ut aspectus, colloquium, auditus, tactus, sunt externa. Gula autem inflat uenas, & prouocat totum corpus ad libidinem. Nam & gentilis Plinius dicit, libidinem portentosam sequi post ebrietatem. Et B. Hiero. ad Eustoch. & alias dicit, nihil ita mouere libidinem, sicut cibum, indigestū. ideo gulosus, uolens se tradit in libidinem. Sicetiam & otium, & pigrizia, somnolentia, strati mollitudo, omniaq; alia libidinis mancipia, prohibita sine dubio intelligendū est ibidē. Et nisi gulosus statim occupetur labore multo, inuicta capietur libidine. & titillatione. Vnde B. Hiero. Venter mero æstuans cito despumat in libidinem. Vide quō libido sit, quodāmodo uelut

naturalis spuma gulæ, sic fumus naturale ignis, & spuma uouiter in fuli uini, & bullitio feruoris aquæ, Quia hæc prohibere potest nisi summa uolentia Qui ergo præcipit castitatem, sine dubio & media castitatis præcipit, ut sobrietatē, uigiliā, laborē, orationē lectionem, meditationem, studiū, officiū in proximum, frigus, æstuum, pauperiē &c Hic tamen notandū, de uomitu multi sibi maiorem conscientia faciunt, q̄ de ipsa suffusione & ebrietate, sicut multi magis pollutionē nocturnā, q̄ ipsam causam eius, cogitatiōes, crapulasq; ponderant. Sed certe uomitus non est res mala, nec peccatū unq̄, cum uel fiat inuito, uel cum dolore. Idcirco non solū fugiendus, sed etiā quærendus est uomitus ebrijs. ut Eccle. xxxi. Si coactus fueris multum bibere, surge & uome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo in firmitatē. Hoc consiliū sapientis acceptandū est, & non sine ratione. Quia inquit, refrigerabit te, id est, alleviabit. Valet em̄ illa exoneratio, ut nō ita inflentur uenę, & surgat pruritus carnis, dum facilius digeritur, quod minus remanet. Melius est enim uomitu euadere libidinem quam oppletione subire libidinem.

Secundo, quia infirmitas corporis uitatur, ut læsiō capitis, & omniū sensuum & uirium. Quis aut̄ non maius peccatū p̄ter, totū corpus lædi suffusione & retentione, q̄ uomitu ab eo periculo liberari. vitam enim abbreviare maius malum est q̄ uomere. immo uomere, nullū malum, sed repleste te & ingurgitasse, ut uomitu egeas, malū est Et utinā sub præcepto, omnes ebrii & suffusi uomere cogerentur, spero tādē horrerent ebrietatē dum scirent se scito oportere uomere quod biberēt. q̄q; & modo cogantur mingere, & uentrem soluere, nihil tamē mouent exinde. Quod aut̄ scriptura aliquādo uomitū reprehendit, ut canis reuersus ad uomitum, & Esa. Mensæ replete uomitu, intelligitur de uomitu boni, & salutaris uerbi, quod retinere debuit.

Tertio, Si uenenum aut aliud noxium aliquod bibens, sine peccato uomit, cur cum peccato uomit, qui uinum, aut potum alium ita bibit, ut ueneno simile nocumentū inferat. Igitur conscientia est habenda in fundendo, nō effundendo, cum ibi multis malis seruiatur contra præceptum dei, hic uero multis bonis contra nullum, immo pro præcepto dei.

Species & differentias gulæ omitto, quia non semp sunt pecc

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

tata mortalia. Siquidem nec ipsa gula semper est peccatum mortale, inmo raro, nisi sit usu.

Quintū mortale, est ira, q̄ satis sub q̄nto p̄cepto est declarata

Sextum, inuidia, quæ non debuit distingui ab ira, cū sit nihil, nisi inueterata ira, sicut B. Augu. in regula, Ne ira crescat in odiū & trabē faciat de festuca. Nam ira est recēs uirgula. Inuidia est arbor & trabs magna. Igitur & hæc sub quinto p̄cepto est auctoritate Ioan. Apostoli, Qui odit fratrem suum, homicida est.

Septimū est, acidia, quæ est tœdiū boni, pigritia & mediocris Græte, quæ est duplex. una in cultu illo figuratiua dei & exteriori, ut sunt, ecclesiā uisitare, uerbū audire, orare, legere meditari, cantare, & sic est prohibitū uitiū sub tertio mandato, Sabbato sanctifices, ut satis patet. Alia est subtilior & interior in toto, & omni genere seruitutis dei. Et sic est nihil aliud, nisi inceptæ iustitiæ fiducia, & proficiendi negligētia, stare in uia dei, tepescere, securū fieri, timorē dei remittere. De q̄ uitiō hypocritarū, tota scriptura loquit̄. Hæc em̄ facit iustitiosos securos, ante quorū oculos non est timor dei. & auferunt iudicia dei a facie eorū. Horū sunt nouissima peiora prioribus, quia inuenit diabolus domū eorū ornata, sed uacantē & securā, ideo ingressi habitant ibi. O horribile uerbū nris, quod habitant ibi, quia indurantur, qui eiusmodi sunt post inceptam iustitiam, longe magis quam prius, ut experientia uidemus, quō nihil mouent ad omnia quæ audiunt se non tangi credūt, & facti sunt uere progenies uiperarū, palea igni in extinguiibili p̄parata. Igitur hoc uitiū sub omni p̄cepto comprehenditur, cum in quolibet sit proficiendum. Sed nescio an sit confitendum. Credo quod non, quia est spiritualis defectus, deo soli, qui & solus ibi mederi potest, aperiendus.

Decem p̄ceptorum finis.

SACRARVM LI

TERARVM PROFESSORI, FRATRI MARTINO Luther, ordinis Heremitarum, Frater Siluester de Pterio, ordinis Prædicatorum, sacri Palatii, apostolici Magister Sal.

i ij